



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Concilia Generalia Sæculi IV. consona Papis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

iam petito baptismo à Sancto Ambrosio.

48. THEODOSIVS Magnus in Oriente barbaros debellat.

Aeger protinus se baptizari curat.

Edicit pro seruando ieiunio Quadrages: Catholicis restituit ecclesias pulsas hereticis: Iussu Damasi conuocat Conc. Generale.

Arcadium ortennem creat Augustum, traditque eum & Honorium Arsenio, cui sedenti vult adstare aperto capite: Approbat sententiam Conc. Constantinopolitani de Consubstantialitate.

Rescribit contra quoslibet Sectarios.

Rescribit pro Clericorum immunitate. &c.

Duxus in Maximum consulit Anachoretas; ab his accipit arma, vincit, Valentinum conuertit, restituit Imperio.

Rome triumphans abolet idololatriam.

Ob eadem Thessalonica excommunicatus pœnitet.

Rescribit contra Iovinianum, apostatas, her.

Caput Baptiste transfert.

Pie se parat ad bellum contra Eugenium.

Vincit miraculose: moritur, laetur.

### Concilia Generalia Sæculi IV. consona Papis.

Duo fuerunt. NICÆNUM contra Arianos, an. 325.

Et CONSTANTINOPOLITANVM contra Macedonium, an. 381.

PROVINCIALIA complura fuerunt. Vide in Varijs.

### SS. Patrum, & Doctorum Concordia sub Papis in Sæculo IV.

I. LACTANTIUS Firmianus Rhetor, Crispi Caf. præceptor, anno 300. Christianus factus contra Gentiles defendit Christianos: ex pauperrimo euectus per Tullianam eloquentiam.

Quia scripta eius erroribus passim scatent, S. Gelasius Papa merito voluit ea inter apocrypha censer.

EUSEBIUS Pamphili Cæsariensis Episcopus Arianorum signiter & Princeps, ait S. Hier. in Palæstina Baptisum Constantini falso describit, an. 324. quod eum Eusebius Nocomedenis Arianus senem baptizasset. Eius scripta plane sunt malæ fidei, vt hypocritæ hæretici, ambientis Sedem Antiochenam.

An. 325. ad Conc. Nicænum venit pro parte Arianorum.

An. 340. præfedit conciliabulo Tyrrio pro parte Meletianorum, contra S. Athanasium. Moriturque in hæresi an. 340. IUVENCVS Presbyter & Poeta Christianus Euangelia quatuor carmine complexus est sub an. 330.

S. ATHAN. duodennis æquales per lusum baptizat an. 311.